Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



~~305~~
310

rex iudeorum: sed quia ipse dixit rex sum iudeorum.
Respondit pylatus. Quod scripsi scripsi. Milites
ergo cum crucifixissent eum: acceperunt vestimenta eius et fecerunt quatuor partes: unicuique militi partem et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta
per totum. Dixerunt ergo ad invicem. Non scindamus eam sed sortiamur
de illa cuius sit. Vt scriptura impleatur dicens.
Diviserunt vestimenta mea sibi et super vestem meam miserunt sortem.
Et milites quidem hec fecerunt. Stabant autem iuxta crucem iesu mater
eius: et soror matris eius
maria cleophe et maria magdalene. Cum
vidisset ergo iesus matrem et discipulum stantem quem diligebat:
dicit matri sue. Mulier
ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce
mater tua. Et ex illa
hora accepit eam discipulus in sua. Postea
sciens iesus quia iam
omnia consummata sunt
ut consummaretur scriptura dicit. Sitio. Vas ergo
positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam
plenam aceto hyssopo circumponentes obtulerunt oris eius. Cum
ergo accepisset acetum